DE VIRGINITATE·

CVm ſecundū Hieronymū Bernardū
Ambꝛoſiuꝫ & Cipꝛianū virginitas ſit
excellētiſſima ī genere caſtitatis· libet
mihi octo vtilitates quas virginitas facit eaꝫ
ſeruantibus efficaciter in p̄ſenti & ī futuro ꝑ
modū additōis deſcribere·et exemplis ſancto
rum roboꝛando cōfirmare·

¶ Primo nāqꝫ virginitas facit pſonam q̄ eā
cuſtodit liberā a ſuitute et onere matrimonii
quod dicit̄ q̄ſi magnū onus·qđ ē ī viroꝝ ſub
iectōne·oppꝛeſſione·& laboꝛe·ac etiā doloꝛe q̄
eſt in defloꝛatōe·in miſeriis q̄ ſunt in erūnis·
in cōceptu & ꝓlis depoꝛtatione·& pturitōe &
educatōe·q̄ ꝓ maledictōe inflicta ſunt mulie
ribus ꝓpter pctm̄ p̄me mlr̄is·Geñ·iii·ait dñs
mulieri·Multiplicabo ɔceptꝰ tuos & erūpnas
tuas ī doloꝛe pies·et ſub viri poteſtate eris ꝛc̄·
·i·coꝝ·vii·De virginibꝰ p̄ceptū dñi nō habeo
cōſilium autē do &c̄·Et poſt·Si ſolutus es ab
vxoꝛe noli vxoꝛē q̄rere·Et poſt·Volo aūt uos
ſine ſollicitudine eſſe·ſcꝫ mūdi·Qui ſñ vxoꝛe ē
ſollicitus eſt q̄ dñi ſunt·qui autē uxoꝛē habet·
ſollicitus ē q̄ mundi ſūt·& q̄ō placeat vxoꝛi
et diuiſus ē·Que īnupta ē virgo cogitat q̄ dñi
ſunt ut ſit caſta coꝛpoꝛe & ſpu &c̄·Item yſiđ·
Virgītas ē admonita & ñ iuſſa·Iđ admonita
qꝛ nimis excelſa·Geminū em̄ bonū eſt ūgini=
tas q̄ ī hoc mūdo ſollicitudinē ſeculi admittit·
& ī futuro eterna p̄mio caſtitatis pcipit·

¶ Secundo virginitas ūa efficit deo gratuꝫ
& delectat pulcritudo dei ocl'o· Salo·ſap·iiii·
O quāpulcra eſt caſta generatō cum claritate·
Yſiđ·Non ē dubiū ꝙ q̄ caſti pſeuerant & ūgi
nes deo efficient̄ eq̄les·Amanda ē pulcritudo
virginitatis q̄ fructus ē ſuauitatis·& pulcꝛitu
do īuiolata ſanctoꝝ caſtitas & ſecuritas men
tis & ſanitas coꝛpis·Item bn·ad henricū ſeñ·
archiepiſcopū·Caſtitas·caritas·& humilitas·
& ſi nullius ſint decoꝛis·nec mediocris q̄ etiā
diuinos oblectare poſſint aſpectus·Quid em̄
caſtitate pulcrius q̄ mundū de īmundo cōce=
ptum ſemine facit·de hoſte domeſticū facit &
angelū·Differt̄ aūt īter ſe hō pudicꝰ & ange
lus·ſꝫ felicitate·nō uirtute·Illius quidē ſelicioꝛ
iſtius foꝛtioꝛ caſtitas eſſe dignoſcit̄·Sola caſti
tas eſt q̄ ī hoc moꝛtalitatis loco & tēpoꝛe ſtatū
illiꝰ īmoꝛtalitatis & gloꝛie rep̄ſentat·vbi neqꝫ
nubent neqꝫ nubent̄·ſꝫ ſic angeli dei erūt·De
hiis apoc·xiiii·Sine macula ſūt ante thꝛonuꝫ
dei·ad quoꝝ aſpectū diuinꝰ ītuitus delectat̄·

¶ Tercio virginitas ē maxīe excellētie quātū
ad ſtatū & meritū·Vñ eminētioꝛ ps eccleſie ē
quod ſignat̄ ī tecto ſup̄mo tabernacl'i·qđ erat
de pellibus iacinctinis et celeſtis coloꝛis·qꝛ ſta
tus virginalis īnuit ſtatū celeſtē·ut patꝫ in au
ctoꝛitate ſup̄ poita bt̄i Berñ·Sola ūginitas ē
q̄ īmoꝛtalitatis loco & tēpoꝛe illius ſtatū īmoꝛ
talitatis rep̄ſentat·Et ſm bt̄m Iero·maius vi
det̄ eſſe meritū et p̄miū virginū q̄ꝫ āgeloꝝ·qꝛ
in eis maioꝛ ē pugna·Et iđ maioꝛis meriti ui=
det̄ eſſe victoꝛia·Et ubi eſt maioꝛ victoꝛia·vi=
det̄ maius eſſe meritū·qꝛ & maioꝛ coꝛona·Itē
quāmagnoꝝ excellat meritū·eſt ſup̄ oſtenſū
li·i·pte·iii·diſt·xvi·vbi oſtēſis q̄ō ūginitas
cōparat̄ theſauro abſcōdito ī agro ſb̄ tegumē
to hūilitatis ō duobꝰ mag̃s ſenibꝰ q̄ rogātes
dñm ꝙ oſtendēt eis ad quā mēſurā meriti ve
nerāt·& reſpōſum ſit eis ꝙ nūdū uenerāt ad
menſurā meriti eukarii paſtoris & uxoꝛis ſue
q̄ ūginitatē in cōiugio ſuo occultauerāt & ſer
uauerāt multis annis ꝛc̄·¶ Item ī collatioībꝰ
patrū li·xii·legit̄·ꝙ cū quidā adduxiſſent ad
abbatē iohēꝫ virū magne ſanctitatis·& mira=
culoꝝ gratia illuſtratū hoīeꝫ habentē demonē
ferociſſimū adiuratꝰ ab eo ūba eius cōtēnebat
exire nolebat·Adueniēte aūt ibi ruſtico agri=
cola ī habitu ſeculari q̄ p̄mitias fructuū ſuoꝝ
monachis deferebat·territus demō ad eius ad
uentū ſtatī fugit·nō audens ſuſtinē eiꝰ p̄ſen=
tiā·Hic aūt adiuratus a ſancto iohē ꝙ dceret
ei de uiata ſua·vix tādē dixit ꝙ erat hō agri=
cola q̄ nunq̄ꝫ reponeret fructꝰ laboꝛis ſui niſi
p̄us inde daret plene decimas & p̄mitiaſ·& ꝙ
nunq̄ꝫ duxerat boues ꝑ cōfiniū aliene culture
niſi pꝛius eis oꝛa clauderet ne aliis nocumētuꝫ
inferrēt·& ꝙ nunq̄ p̄us iret ad agriculturā ul'
rediret de ea anteq̄ꝫ ad eccleſiā ueniret gratias
agens bonoꝝ oīm largitoꝛi· Et cū eſſet puer
p̄uentus aparētibꝰ ꝙ uellet fieri monachus cō
pulſus eſt ab eis uxoꝛē ducē· q̄ accepta & ī vir
ginitate ſua ꝑmanens eam ſemꝑ virginē ſer=
uauit uſqꝫ in finem·

¶ Quarto virginitas vincit & ſuperat & fu
gat hoſtes hūani generis·ſcꝫ dyabolū·Quod
patet in p̄cedēti exēplo· Similiter ī vita beate
Margarethe·q̄ dyabolū uenientē ad tēptāduꝫ
ſe & ad deuoꝛanduꝫ in ſpecie draconis· facto
ſigno crucis crepari fecit·et aliū ī ſimilitudinē
ethiopi cōculcauit & ſuꝑauit· Similit̄ ī paſſio
ne Iuſtine & Cipꝛiani·q̄ō Iuſtina ūgo demo
nes tēptantes eā ut ɔſentiret cuidā ī ſpecie nu
tritis ſoꝛoꝛis & matris ſue·virtute crucis ſupe
rauit & effugauit· ¶ Item vincit carnē & eiꝰ
temptatiōes quarum īpetus virginitas refre=
nat· Etiā mūdum quē amoꝛe virginitatis ſer
uande amatoꝛ virginitatis contemnit·Cuius
etiā malitia & ſeuitia non vincit eius ſapien=
tiam·Sicut patet in beata Agnete Agatha &
Katherina & Margaretha·que regnū mūdi
& omnē oꝛnatum eius ɔtempſerunt ꝓ amoꝛe
chꝛiſti & ꝓ ſeruanda virginitate·

¶ Quinto virginitas dat ignes materiales
et ſpirituales incentiuoꝝ carnis·Vt topaꝫius
qui ſedat vndas bulliētes·Agatha ait·Si ignē
odhibeas o thyranne·mihi ſaluificum angeli
miniſtrabūt·Sicut etiā fecerunt tribus pueris
poſitis in foꝛnace babylonis·Sicut inſuꝑ fece
runt Lucie Agneti & aliis virginibus multis
Puta Agathe Euphemie et ceteris·Si inſuper
feris minaris·audito chꝛiſti nomīe cōquieſcūt

¶ Sexto virginitas feras mitigat vt leones·
Dañ·vi·& in fine·Itē libro de verb p̄rm legit̄
ꝙ abbas paulus manibus ſuis contrectabat

aſpides et ſerpētes ceraſtes et alios · et ſedebat ꝑ mediū manibꝰ ſuis nec ei nocebāt · Et cū q̄rerent ab eo frēs vñ ei iſta gr̄a venerat · dicebat · Ignoſcite mihi ſi q̄s poſſederit puritatē · oīa ſubiicient̄ ei ſicut adam in paradyſo ·

¶ Septimo virginitas īpetrat qḋ petit a dn̄o corde puro · in fide nihil heſitans · Iac · i · Poſtulet a deo in fide nihil heſitās q̄ dat oībus affluēter &c̄ · Sic̄ fec̄ bt̄a Lutia · de q̄ legit̄ ī paſſione eius · ꝙ cū eſſet virgo deo deuota ꝑrexit cū mr̄e ad ſepulcrū bt̄e Agathe · q̄ mr̄ ꝑ q̄tuor annos fluxū ſanguis patiēs · a nullo medicorum potuerat iuuari · cū aūt mr̄ et filia ad dcm̄ ſepulcrum orarēt ꝓ ſanitate mr̄i obtinēda · obdormiuit lutia · Cui apparuit bt̄a Agatha ī medio angeloꝝ gēmis ornata dicens · Soror mea lucia q̄d a me petis qḋ ip̄a poteris ꝯtinuo p̄ſtare mr̄i tue &c̄ · q2 ecce ſalua facta ē · & ita factū ē q2 ſanata eſt extūc vt Lutia petebat · Itē cū paſchaſius feciſſ; circa eā maximū ignē accēdi & illam pice oleo et reſina liniri & nō noceret ei ait iudici · Rogaui dn̄m meū · ꝙ ignis iſte nō dn̄etur ei vt credētes ī xp̄o tibi inſultēt & timorē ab eis tollerē paſſiōis · & aut credētibꝰ vocē inſultatōis &c̄ · ¶ Itē cū bt̄a Agnes oraret pro filio p̄ꝑoſiti ab angl̄o occiſo ꝓpter hoc ꝙ improbe ea; īpetebat · aſtitit ei āgelus dn̄i · eleuās eā et reſuſcitās dictū iuuenē vt petebat p̄dicātē & clamantē verū ēe deu; xp̄ianoꝝ · oīs dii gentiū vani & tēpla eoꝝ vana et ſtulta · Itē cū ꝓiecta eſſ; ī medio flāmaꝝ · & expāſis maibꝰ oraſſ; ita ignis extīctus ē vt nec odor r̄ēaner;

¶ Itē ī paſſione bt̄e Cecilie legit̄ · ꝙ cū ſponſꝰ eius valeriꝰ a gētilitate cōuerſus ēet & baptizatus p̄dicatōibus · & orōnibus · & ꝓmiſiſſ; virginalē pudicitiā ſe ſeruaturū · apparuit ei āgelus dn̄i cū pēnis fulgētibus radians & flāmeo aſpectu · cōferens duas coronas choruſcantes roſis et liliis ꝯſertas · alterā dedit valerio · & alterā Cecilie · dicēs · Iſtas ſuate īmaculati corde et corꝑe · q2 eas attuli de paradyſo · que nunq̄; marceſcūt · nec ab aliis videri poterunt niſi ab eis q̄bus caſtitas mētis et corꝑis placuerit · Et quia tu valariane cōſenſiſti huius caſtitatis cōſilio miſit me dei filius · vt quācunq; volueris petitōe; inſinues · Qui adorās petiit cōuerſionem frīs ſui vnici tyburtii · Qḋ angl̄s cōceſſit et ad celos receſſit ab eis · Qui īgreſſus ad eos ſenſit tm̄ odorē de coronis ſpirantē ꝙ ad verba frīs & odorē cōuerſus ē ad xp̄m et baptizatus cū martyrio coronatus eſt · ¶ Itē ſimile eſt huic id qḋ legit̄ de Dorothea v̄gine · cuius feſtum eſt octauo ydus februarii · Que cū poſt plurima ſupplicia duceret̄ ad decollādū in ceſaria capadocie · quidā ſcolaſticus noīe Theophilus rogauit eā · ꝙ de vialis paradyſi ſponſi ſui mitteret ei ad quē dicebat ſe ꝓperare · qḋ illa ꝓmiſit ei ſe impetraturā · Que etiā cū in hora paſſionis ſue oraſſet miſit ei ꝑ puerum ſex annoꝝ orariū ſuū · quē cū recipet & faciē ſuā abſtergeret · ſicut illa orationibus impetrauit · tanto perfuſus eſt odore mire ſuauitatis ac ſi eſſet in paradyſo · Qui ſubito immutatus incepit clamare · Bn̄dictum nomē dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i Quod cū frequēter clamaret captꝰ eſt · & poſt multa ſupplicia capitis detrūcatione martyrii coronā accepit de odore veniēs ad fructum ·

¶ Item ī paſſione beate Katherine legit̄ · ꝙ cū oraſſet · vox de celis audita ē · dicēs · ꝙ id quod retinuerat virgo deuota ꝓmeruerat obtinere ·

¶ Octauo virginitas mentis et corporis perducit ad optatū finem · quia ad bt̄am dei viſionem · Math · v · Bt̄i mundo corde q̄m ip̄i deu; videbūt · ¶ Item in feſto alexandri pape · q̄rto kal̄ · ap̄lis legit̄ · ꝙ cū Quirinus de p̄cepto trayani alexandrū papā miſiſſ; in vinculis · & videret miracula que fiebāt ꝑ eum exhibuit ei filiam balbinā gutturnoſā curandā · qui dixt ei ꝙ tolleret boiam de collo ſuo & filie imponer; qḋ fecit et curata eſt · & ipſa & pater baptizati ſunt · Quo facto angelꝰ apparuit puelle dicte et tenēdo faculā ī manu · dixit ei · Eſto ꝑpina ne in v̄ginitate tua · & ego faciā te vidē ſponſū tuū qui ꝓ te ſanguinē ſuū fudit · ¶ It legit̄ ꝙ poſt deceſſū beate Petronille Flaccꝰ comes diceret Felicule virgini ab ea edocte et cōuerſe Vnū e duobus elige · Aut eſto vxor mea · aut ſacrifica dis · Rn̄dit Felicula · Vxor tua nō ero q2 xp̄i ſp̄oſa ſum · Diis nō ſacrificabo · q2 xp̄iana ſum · Cū poſita in carcē tenebroſo fuiſſet ꝑ octo dies ſine cibo · & per alios octo in templo dee veſte volēs aliq̄d cōtingere ſibi mōſtratu; a virginibus veſte · Cum aūt poſt eſſ; eleuata in eculeo et torqueret̄ cepit clamare · Mō incipio videre amatorē meū xp̄m · ī quo amor meus fixus eſt · Et diceret ei · Nega xp̄m · dicebat Ip̄m n̄ negabo qui ꝓpter me felle et aceto eſt potatus · ſpinis coronatus & crucifixus &c̄ ·

¶ Itē in vitis pr̄m legitur de quada; virgine ꝙ intrās monaſteriū per annos q̄nquaginta manſit intus ꝙ inde non fuit egreſſa · ibi deo ſeruiens · cui apparuit cuidā martyr Coletꝰ nomine qui colebat̄ in terra illa · dicēs · Hodie ad dominū deum tuum ꝑges · vbi et ip̄m & oīs ſanctos eiꝰ videbis · Veni ergo ī baſilica martyrii · vt ibi prius prandeas mecum · Que vna cum matre egreſſa monaſteriū iuit ad dicta; baſilcā portans panē in pera · & facta oratōne ait ſancto Coleto · Bn̄dic hunc panem · & tuis orōnibus impetra quod promiſiſti · Sumpto ibi pane reuerſa eſt ad ſuū monaſterium · & libellum quē habebat in manu dedit matri tradendū epiſcopo · Et colligens ſe & cōponēs ad modū defuncte · ait · Ecce vado ad dn̄m meū · et ſic ſine dolore in manus eius cōmendatu; ei tradidit ſpiritum ·

¶ Cum demū virginitas ſit gemma precioſiſſima in theſauris regiis · & theſaurus precioſiſſimus & immenſus regis ſūmi · cui fures inſidias tendunt · quapropter hunc vigili ſollicitudine cuſtodire debemus · & quāto plus hūc nos habere cogitamus · diligentius cuſtodire debemus ne perdamus ·

LANDES- UND STADT-BIBLIOTHEK DÜSSELDORF